

*cf. IX 1115. 1116), tum Venetiae et Histriae. — 3) Perfectissimi viri. — 4) Rationalis fuit bis, Romae et in Africa. — 5) Vicarii praefectorum per Italiam. — In latere huius sarcophagi haec extitisse dicuntur: m. c. f., | m. c. p., | L. Noni Faustini, | Laudiciae (non vidit Bormann).*

**1219** Barbaro | Pompeiano v. c. consulari Camp.<sup>1</sup>, | universus ordo fatus adq. adjutus beneficiis eius, simul etiam | quod publica aedificia in ru|inam conlapsa benivola dispositione refici adq. instaurari precepit, statuam ad perpetuitatem | nominis eius adque memoriae in fo|ro habitu civili exultantibus | cunctis constituit, curante Iul. Lauren|tio v. p. curatore civitatis eius. (*In latere*) ded. V non. Mart. | M. Nummio Albino | M. Laelio Maximo cos.<sup>2</sup>, | curant. C. Valerio Dolutio Marciano.

*Praeneste (XIV 2919 cf. p. 494 semel descripta saec. XV vel XVI ab ignoto auctore). — 1) Eiusdem est titulus X 1199. Fuit consularis Campaniae a. 533 (cod. Theod. 1, 2, 6). — 2) Consules sunt anni 227; apparet titulum primarium substitutum fuisse in locum inscriptionis antiquioris erasae, titulum autem lateris rectum esse.*

**1220** honor[i].<sup>1</sup> Ammio Manio Caesonio Nico|macho Anicio Paulino v. c., cons. ordinario, | pref. urbi iud. sacrar. cognit., [pr]oconsuli | prov. Asiae et Hellesponti vice sacra iudicanti, | legato Kartacinis<sup>3</sup> sub procons. Africe Anicio | Iuliano patre suo<sup>4</sup>, cuius providentia adque | [ci]v[i]litas<sup>5</sup> et integritas reipublicae corporis | coriariorum insulas ad pristinum statum | suum secundum leges principum priorum | impp. Val. Septimi Severi<sup>6</sup> et M. Aur. Antonini Augg. | restaurari adque adornari pervigilant|ia sua providit, in mira memoria adque | in. omnia (*sic*) iustitia sua corpus coriariorum | patrono digno statuerunt.

**1221** Amnii<sup>2</sup> iun(ioris). | Anicio Paulino iun. c. v., | procos. Asiae et Hellesponti, | consuli ordinario, praef. urbi | vice sacra iudicanti, ob | meritum nobilitatis eloquii | iustitiae atq. censurae, qui|bus privatim ac publice | clarus est, petitu populi R., | testimonio senatus, iudicio | dd. nn. triumphatoris Aug. | Caesarumq. florentium, | statuam secundam auro | superflusam locari sumptu | publico placuit.

*Romae olim (VI 1682 Parisios translatam vidit Henzen; VI 1685 in foro Traiani, postea in aedibus privatis, aliquoties descripta saec. XV et XVI). — Tituli positivi sunt Anicio Paulino iuniori consuli ordinario et praefecto urbi a. 534 (cf. supra N. 698). — 1) honorii lapis (videtur accipiendum esse ut supra N. 1214 et infra N. 1245, non pro agnomine Honori). — 2) Sic Iucundus recte (Amnii pater eius dicitur ap. Symmachum ep. 1, 2, Anicius Amnii Paulinus ipse, C. VI 1632); Anicii Smetius, aliter alii. — 3) Legatus Carthaginis non videtur differre a legato proconsulis Africæ dioeceseos Carthaginiensis. — 4) Anicius Iulianus proconsul Africæ fuit sub Diocletiano; videtur enim esse Iulianus proconsul Africæ ad quem rescripsierunt Diocletianus collegaeque (collat. 45, 5). Idem fuit consul ordinarius a. 522 (cf. Seeck Symm. praef. p. XCII). — 5) eutilitas lapis. — 6) Errore, sed non quadratarii, Septimio Severo additum Valerii nomen; in mentem venerunt ei qui iussu corporis coriarorum haec dictavit, Valerius Diocletianus et Aurelius Maximianus.*